



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Coena Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)



# COENA DOMINI.

**THESIS I.** *Cæpit lavare pedes Discipulorum.* Joan. 13. v. 5. *Ablutio pedum.*  
 bus propriè causis in Ministerio abluendi pedes humiliavit se Dominus.  
 I. Propter Humilitatis exemplum. II. Propter Dilectionis argumentum. III. Et propter Sacramentum. *Petr. Blesens. serm. 17. in Cæna Dom.*

**THESIS II.** *Cæpit lavare pedes Discipulorum.* Joan. 13. v. 5. *Humilitas.*  
 stus dejecit se I. Usque ad Hominem. II. Infra Hominem. III. Propter Hominem. *Vivien in Tertull. Prædic. verbo Humilitas. Conc. 2.*

**THESIS III.** *Sciens JESUS, quia Eucharistia venit hora ejus, ut transeat.* Joan. 13. *scia.*  
 v. 1. Duo in Christo fuerunt ardentissimi Affectus *Manendi, & Discedendi;* his Christus, instituendo Sanctissimum Sacramentum, etsi contrarijs satisfecit, *Manendo nobiscum in hoc Sacramento, & Discedendo per mortem.* *Le Niza tom. 4. hic hom. 44. §. 6. n. 4.*

C

THE



*Memoranda  
bilis huius  
dies.*

THESIS IV. *Hoc facite in meam  
commemorationem.* I. Cor. II. v. 24.  
Inter dies Memorabiles hæc numeran-  
da venit; I. Propter *Institutionem*, &  
primam *Sumptionem* SS. *Eucharistiæ*. II.  
Propter *Institutionem* Sacrificij *Missæ*.  
III. Propter *Consecrationem* *Apostolorum*  
in *Sacerdotes*; quæ omnia in ultima  
*Cæna à Christo facta sunt.*

*Sacramen-  
ta.*

THESIS V. *In finem dilexit eos.*  
Joan. 13. v. 1. Dantur *Sacramenta*,  
quæ nobis conferunt I. *Nativitatem*  
gloriosam. II. Quæ nobis conferunt  
*Vitam Divinam*. III. Quæ nobis con-  
ferunt *Mortem felicem.* *Diction. Apost.*

*Amor.  
Humili-  
tatis.*

THESIS VI. *In finem dilexit eos.*  
Joan. 13. v. 1. I. Non est *amicitia* si-  
gnum, quod *Christus* non exhibuit ho-  
minibus; *Osculando* denique *pedes* suo-  
rum *Apostolorum*. II. Non est *Obse-*  
*quium*, quod *Christus* non præstitit ho-  
minibus; *Lavando* vel *ipso* *pedes* suo-  
rum *Apostolorum*; quam vile *servi-*  
*tium*! III. Non est *Submissio*, quam  
*Christus* non ostendit *re ipsa* *homi-*  
*nibus*; *Prosternendo* se ad *pedes* *suo-*  
*Apostolorum*. *Durand. hic in Chara-*  
*cter. Sanctorum, part. 2.*

THE.



**THESIS VII.** *Mittit aquam in pel-* *Aqua Sal-*  
*vim.* Joan. 13. v. 5. *Triplex est aqua* *vatoris.*  
 Salvatoris, fratres, I. Aqua Lacrima-  
 rum, quando flevit super Lazarum, &  
 super Civitatem. Est ergo prima *Aqua*  
*Contritionis.* II. Aqua, quam posuit in  
 pelvim, quando discipulorum pedes la-  
 vit: atque ita secunda, *Confessionis.*  
 III. Aqua, quæ de latere ejus emanavit,  
 quæ est *Satisfactionis.* S. Aug. ad Fratres,  
 serm. 41. de observantia Jejunij Quadra-  
 ges.

# PARASCEVE.

**THESIS I.** *Consummatum est.* Joan. *Consumma-*  
 19. v. 30. *In Passione Christi* *matio.*  
 trina concurrat Consummatio. I. *Con-*  
*summatio Perfidie, & Ingratitudinis,* in  
 Juda, Malcho, Populo Judaico. II.  
*Consummatio Iniquitatis,* nempe in Ba-  
 rabbae prælatione, Christi flagellatione,  
 Coronatione. III. *Consummatio Cru-*  
*delitatis,* quia Christus multatus est sup-  
 plicio infami & ignominioso, crudeli  
 & violento, universali & generico. *Vi-*  
 vien